



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVIII. Die Ianvarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Mort.

tem se per ascerica vnus mensis Exer-
citia secessu accuratissimo preparat.
Corpus illius in summis caloribus per

triginta leucas vectum, citra vllius
tetri odoris molestiam.

XVIII. DIE IANVARIJ.

VINCENTIVS P. IOANNES RAPHAEL
ALVARUS. COBONCELIYS.

Lusitanus
ad urbem
Dabul.
18. Ian. 1606.
Mat. 27.
Soc. 11.

Cum Goam pergens ad studia, à
Mahometanis piratis captus fuis-
set, vnà cum alio de Societate, minati
sunt Saraceni sapius, se lytrum pro
duobus his non admissuros; daturos
vtrumque ceruice præfectâ in mare
præcipites, quòd Mahometo, eiusque
legi essent aduersi, & eam expugna-
rent. Interea feriâ 6. die apud il-
los Mahometo dedicatâ, Maho-
merani senaculo inito, diem il-
lum celebri Christiani capitis sa-
crificio pro piaculari victima cæ-
dendo solennem habere decreuere.
Quocirca Vincentius in prorâ tunc
orans delectus est cuius Christiano
capite religiones Mahometo persol-
uerentur. Cum se occidendum audis-
set, lætus quòd Christiani nomen sibi
in mortis obeundæ causam verteretur,
Deo se totum, totum Deo in victi-
mam iterum & iterum dedicauit, pul-
chro iterum gaudio delibutus, & reli-
giosè gestiens vsque ad mortem, ac
Miserere mei, Deus, canens. Sub ipso
ictu *Miserere*, aiebat, *anima mea, Iesu
bone!* Aliqui ad ipsam Mahometi aram
immolatum fuisse aiunt: sed ille se in
fidei odium cædi lætus, Deo se vnice
consecrabat. Corpus in mare abiec-
tum est.

Fides.

Feria VI.

Oratio.
Mort.

Hinc acerrimus calculi cruciatus
14. horarum interuallo extinxit.
In vitæ periculum ab eodem morbo
aliquando adductum B. Franciscus
Borgia liberauit. Duobus quotidie
Sacrificijs aderat, præter illud cui ipse
operabatur. Eodem quo extinctus est
est tempore, cuidam 26. circiter leu-
cis Viennâ dissito, & luce clarâ vigili
conspetus est ante meridiem, pileo
ac baculo hilarè ad iter accinctus, &
vultu amabilis. Diuino officio quo-
tidie addebat è Breuiarij ritu duo offi-
cia, alterum de Sanctissimo Sacramen-
to vel de Spiritu Sancto, alterum de
Sancta Barbara cuius fidei se totum
pro vitæ & morte commiserat.

Carniolus
Viennæ. 18.
Jan. 1627.
B. Borgia.

Sacrum.

Mort.

Euchar.
Sp. Sanct.
S. Barbaræ.

P. PETRVS
VESPINUS.

Eodem die quo hic P. Petrus Vef-
pinus moriebatur, Coadiutor qui-
dam Catalauni socios enixè rogabat,
vt pro P. Vespini anima DEVM impen-
sè orarent, eius mortis conscius, cum
tamen Catalaunum Altisodoro ferè
tridui interuallo sit dissitum. Rogatus
postea, dixit illum à se aspectabili spe-
cie conspectum. Adiecit, illum per
mediam quadrantis horæ partem, de
ea quam apud illum non ita pridem
fecerat generali confessione locutum.
Putabat etiam se in illo lucis aliquid
conspexisse.

18. Ian.
Belga Altis-
odori.
1630.

Mort.

E P. FRANC.

Ille verè ita vixit vti decet sic in Societate retentum.

PETRVS HVCKMIS-
VVAGEN. COADIUT.

Germanus
Treviris.
2186. 19. Ian.
Confess.

Mortific.

Mors.

FRaternæ charitatis obsequijs inter domesticos peste contactos hoc die immortalus est Treviris an. 1586. Generalem confessionem tantâ lachrymarum & singultuum vi fecit, vt lachrymæ pœnitentis & Confessarij confunderentur. Flagellum ex hamatis ligulis ipse confecit, & quam potuit sæuitiam in semi-nectum corpus exercuit. Mortem suavissimè aridens obiit, cum amplexu stringeret crucifixum & diceret; IESV fili David miserere mei!

P. E D M V N D V S
AUGERIUS.

Gallus Co-
mi in Italia
19. Ian. 1591.
erat. plus-
quam 60.
Soc. plus-
quam 40.

RVsticis, at pijs ortus natalibus, & primus de Societate IESV Carolo IX. ac Henrico tertio Gallia Regibus à concionibus & Confessionibus fuit. Romæ ab ipso S. P. Ignatio in Societatem admissus. A morbo periculi pleno diuinitus momento sanatus est, concionator, professor, Superior, ope-

rarius, in singulis & omnibus excellens; in Gallia de fide catholica & de Societate mirificè meritis, ac ærumnis multifariam exercitis, & iam ab Hugonotis propè patibulo appendendus, non tamen appensus, quòd illum studerent sectæ suæ adiungere. Calumnias & quidquid ab hominibus venire mali potest animo erectior generosè pertulit. Comi supremum eger cæli symphoniam & choros beatarum mentium audiens id verbis quoque testatus est, & adiecit Abeamus ergò, abeamus. Angelos visos aiunt morientis lectum circumdare, vno stolam immortalitatis illi paratam ostentante. Tum conclauè ingressus cælitum ordo pulcherrimus, viâ splendidâ ad Cælum vsque porrectâ Edmundum vultu maiestatis gloriâ pleno deducebat ad Cælum, veste intus niueâ foris variâ magnificè coopertum pro præmio puritatis, & charitatis. Præcedebant suavissimè canentes paruuli, qui cum vt festinaret inuitabant ad mensam cælestem apparatus instructam, ad quam à Societatis IESV Patribus expectabatur Edmundus, qui & postea P. Clementi Puteano apparuit, & de adepta beata æternitate illum reddidit certiozem.

Fides.

Patientia.

Mors.

Cælum.

XX. DIE IANVARIJ.

P. ALEXANDER
VALIGNANUS.

Italus Ma-
cai. 20. Ian.]
1606.

Zelus anim.

ORientis Prouincialis, Visitator, & per 33. annos cultor magnanimus. Huius vitam complecti scribendo, esset operæ propemodum infinitæ. Indicæ, Iaponicæ, Sinicæ Epistolæ de illo multa narrant, quæ ferè sunt de illius zelo, fortitudine,

prudencia, item præclaro ad regendum ingenio. Quatuor Dynastas Regulorum legatos Romam ad Sedem Apostolicam ituros, in Europam adduxit. In Sinensis Regni velut limine, vt olim Sanctus Xaucius, magnam animam exhalauit, & suo nomine Societatis in Oriente fastos impleuit, sui quoque afflictatione, ac orandi studio per insignis.

E 2 MAN-